



Sanctus Mangus in S. Galli monasterio educa-
tus fuit, ubi etiam senem S. Gallum uidit, & Eu-
angelium explicare audiuuit. Itaque cum felicitando
le esset prædictus, in uirum doctissimum abiit. Luce-
bant etiam in eo morum grauitas, atq; uitæ sancti-
tas. Is ergo ut Christo inseruire & plurimos institue-
re posset Augustam profectus est, atque inde se se-
ad montium angustias contulit, per quas iter est in
Italiam. in eo loco diu inter feras egit, atque huius-
modi sua oratione abegit. Postea, consensu S. Viter-
bij præfulis Augustani Benedictinorum Monaste-
rium incepit, atq; Fuesen appellauit. Cum enim ui-
cini principes eius doctrinam & pietatem cogno-
uissent, ipsum rebus necessarijs adiuuerunt. In eo loco uiris doctis assumptis,
iuuentutem instituit, atq; diuinis officijs operam dedit. idq; circa annum Chri-
sti septingentesimum septuagesimum, donec tandem huius uitæ pertæsus, coe-
lestem gloriam intrarit. Hunc postea Lanto Episcopus Augustanus inter san-
ctos retulit. Anon. in Episcop. August. S. Viterbo.